

Heinrich Rudolph Redecker

**Rector Universitatis Rostochiensis Henricus Rudolphus Redeker/ I.U.D. ... ad eundum exequias, quas, Matronae ... Elisabethae Schultzen/ Viri ... Dn. Henrici Wendt/ Civis & Mercatoris huius urbis olim primarii, viduae honestissimae, Liberi eius & nepotes, Hodie ... paratas cupiunt, Omnes Academiae Cives ... invitat**

Rostochii: Kilius, [1667]


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774764376>

Druck Freier  Zugang




Redeker, H. R.,  
in  
E. S ch u l t z e,  
viduam H. Wendt.  
Rostock, 1667.

34







RECTOR  
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS  
HEINRICUS RU-  
DOLPHUS *Redeker*/  
J. U. D. P. P. Sereniss. Ducis Mechl. Consil.  
Consistorii Ducalis Assessor, & Facult. Jur. Decanus,  
ad eundem exequias,

quas,

Matronæ ornatissimæ ac laudatissimæ  
ELISABETHÆ



*Schulzen* /

*VIRI olim Spectatissimi*

DN. HENRICI *Wendt* /

Civis & Mercatoris hujus urbis

olim primarii,

viduæ honestissimæ,

Liberi ejus & nepotes,

*Hodie, hora à I. in aede Jacobaa, paratas cupiunt,*

Omnes Academiae Cives officiose

& amanter invitat.

---

ROSTOCHII, Typis JO HANNIS KILII, Acad. Typogr.





Salutem !



**D**ia Senectutis, non tantum inter Christianos, sed gentiles etiam venerandus semper cultus fuit, & hodiernum est: siquidem uti lex coronam atque diadema digniori discernit, ita natura ipsa canos venerabile dignitatis signum fecit. inde Plato de LL. Quilibet Seniorem & re & verbo colat. Ac si viginti annis major est, quasi patrem, si fuerit vir; aut matrem, si mulier, revereatur. Et Plin. l. 8. Epist. ult: Reverere gloriam veterum, & hanc ipsam Senectutem, qua in homine venerabilis, in urbibus sacra est. Sit apud te honor antiquitatis, sit ingentibus factis. Cyrus etiam, cum filiis suis methodum morum præscriberet, inter leges patrias retulit, ut majoribus natu principem honorem juniores deferant. Et Lylandrum dixisse referunt, Lacedæmone esse honestissimum senectutis domicilium, cum nusquam vel honoratior sit senectus, vel major ætati tribuatur honor. A Lacedæmoniis autem institutum illud, sive Legibus fuerit inductum, sive moribus receptum, ad Romanos, qui, nisi ab antiquo illo æquitatis, fortitudinis ac justitiæ nitore defecissent, præ aliis gentibus ac nationibus, præcipuam virtutum mererentur laudem, devenit: Unde Agell. l. 2. noct. att. c. 15. Apud antiquissimos Romanorum inquis



inquit, neque generi, neque pecunia, prestantior bono tribni  
quam aetati solitus: majoresque natu à minoribus colebantur, ad  
Deum propè & parentum vicem: atque in omni loco inque omni spe-  
cie honoris, priores potioresque habiti: & paulo post: eumque  
morem accepisse Romanos à Lacedæmoniis traditum est; apud quos,  
Lycurgi legibus, major rerum omnium bono aetati habebatur. Ade-  
oque quod probis & inculpandis moribus ab initio usitatum  
fuit, postea latà lege constitutum est, quam in rem Jctus Ca-  
litratus eleganter scribit: *Semper in civitate nostra Senectus ve-  
nerabilis fuit: Namque Majores nostri pene eundem honorem seni-  
bus quem magistratibus tribuebant. Circa munera quoque muni-  
cipalia subeunda idem honor senectuti tributus est l. 5. ff. de Jur.  
immun.* Nec opus est in rationem hujus juris sagacius inqui-  
rere, cum ipsa natura, remota etiam lege, nostris mentibus  
hanc reverentiam inscripserit, adeoque ex ipsius rationis di-  
ctamine, fluxerit; quam & sacer codex amplissimè probat: si-  
quidem lex altissimi: *coram cano capite consurge, & honora perso-  
nam senis.* Non tamen soli cani hunc honorem, & hanc ve-  
nerationem merentur, sed tunc demum si illis probi mores de-  
cus aliquod addant: Nam in senectute honoratum esse, argu-  
mentum est eundem ante senectutem industrium fuisse. Senum  
siquidem vera gloria in hoc, teste Apostolo, consistit, ut sint  
sobrii, pudici, prudentes, sani in fide, in dilectione, in patien-  
tia; & sic rectissimè Eccles. exclamat: *Corona Senum multa perit-  
tia; & gloria illorum timor Dei. c. 25. vs. 8.* Hinc est quod  
Deus senectutem, & in senectute benedictionem, timentibus  
cum promittit, imo filiorum filios, qui sunt senum corona  
*Proverb. 17. v. 6.* Talem venerandam senectutem, & in senec-  
tute benedictionem, & filiorum filios, adepta est, *Fœmina vir-  
tutibus sui sexus ornatissima ELISABETHA Schulzen /* cujus  
exuvix hodiè terræ matri redduntur: De cujus vita & morte  
quædam posteritati relinquere, ejus inculpati mores, pietas,  
& be

& beatus ex hac vitâ excessus merentur. Prodiit autem hæc pa-  
na <sup>etis</sup> nostra in hanc lucem, quæ mortalibus omnibus, titulo  
precarî, utenda tantum data est, 10. d. Julii Anno 1588, adeoq; ex  
seculo superiori, quod robustiora pectora, ac præsens, finxisse,  
pluribus docemur exemplis, superfuit. *Patrem habuit Virum Spe-*  
*ctatissimum Dnum. JOACHIMUM Schulzen / Civem hujus urbis*  
*olim præcipuum, & Provisorem Ecclesie D. Mariae Sacrae fidelissimum,*  
*cuius Pater fuit Vir itidem spectatissimus Dominus MATTHIAS*  
*Schulze / civis & mercator hujus civitatis celebris; Mater autem*  
*ejusdem laudatissima Matrona CATHARINA Wedigen. Ma-*  
*trêm feminam honestissimam KUNEGUNDAM Dobbins / viri*  
*integerrimi Dni. CONRADI Dobbins / Civis primarii, & fami-*  
*ne ornatissima AGNETÆ von Hervorden / filiam. Hoc majo-*  
*rum ladatissimorum sanguine creta, non potuit non probitatis simul*  
*& pietatis hausisse igniculos, quos etiam, crescente atate, optime*  
*expressit. Lustrata enim primum fonte sacro, cum postea institutio-*  
*nis capax facta esset, in parentum sinu ad omnem pii honestique*  
*cultum formata & educata est, eoque facilius omnes artes, suo sexui*  
*convenientes, & decoras addidicit, quia eas ex ubere matris hausisse*  
*& imbibisse videbatur. Cum itaque annum 17. atatis ageret, di/po-*  
*nente ita Deo, Viro spectatissimo Domino. HENRICO Wendt /*  
*urbis hujus civi ac mercatori primario, qui etiam Oeconomiam Xe-*  
*nodochii St. Georgii per aliquot annos fideliter sustinuit, de sponsata*  
*est. Fuit autem illud matrimonium, providè captum, perviginti*  
*annos suis numeris, si de cætero concors hominum vita beatitudo*  
*dicenda, felix. Nunquam siquidem in gratiam redierunt suavis-*  
*simi conjuges, quorum animos nunquam iracundia disjecit. Nec*  
*minus confortium illud vita fœcundum habuit effectum, sexena-*  
*enim sobole fuit benedictum. Nam durante illo duos filios & quatuor*  
*filias, ANGELAM, CATHARINAM, ELISABETHAM, KU-*  
*NEGUNDAM, JOACHIMUM & HENRICUM, piæ*  
*defuncta enixa est. Ex quibus Vir Reverendus Dominus*  
*JOACHIMUS Wendt / Ecclesia Cathedralis Lubecensis Ecclesiastes*

vigi-

in  
qua  
Dei  
cie  
mo  
Lyc  
oq  
fui  
list  
ner  
bus  
cip  
im  
rei  
ha  
sta  
qu  
na  
ne  
cu  
me  
fiq  
fol  
tia  
tia  
De  
cu  
Pr  
tu  
ex  
qu

vigilantissimus, fœmina Clarissima CHRISTINÆ Helmes / con-  
jugali fœdere sociatus, quintâ Sobole matrem beavit. Alter au-  
tem Vir Amplissimus & Experientissimus Dominus HEINRICUS  
Wendt / Medicinæ Doctor apud Lubecenses celeberrimus, fœmi-  
na decoratissima GERTRUDI von Ahlesfeld / matrimonio jun-  
ctus, quintâ etiam prole matrem exhilaravit. Ex filiabus natus  
major ANGELA Viro spectatissimo Dno PETRO Eggebrecht /  
Civi & Mercatori hujus urbis olim præclaro, nupti data est, ex qua  
eres nepotes, & 6. pronepotes exosculata est piè defuncta. CATHA-  
RINA cum nubilis annis esset, prævio maturo consilio, Viro Spe-  
ctatissimo Dno PETRO Eggers / Civi & mercatori præcipuo,  
nec non Provisori adis S. Sancto consecrate fidelissimo, nupta est.  
Ejus Filia CATHARINA vix annum absolvit, Filius autem Vir  
integerrimus Dnus. PETRUS Eggers / Patri nomine & officio ex-  
equatus, cum ornatissima fœminâ CATHARINA MARGA-  
RETHA Serdes / matrimonium contraxit, & tribus pronepoti-  
bus aviam suam laudavit. ELISABETHA vero omni virtutum  
nexus Clarissima fœmina, Viro Nobilissimo, Consultiissimo, & Gra-  
vissimo Dno CHRISTOPHORO STEPHANI Jcto Excellentissi-  
mo, & Illustrissimi Principis Nassoviæ Consiliario intimo & Cancel-  
lario meritissimo p. m. Deo sic feliciter annuente, desponsata est. que  
novena Sobolis mater, magnum suæ familie decus, & matri gaudî-  
um attulit, siquidem, ex illis, filius ejus primogenitus Vir Clari-  
simus & Amplissimus Dnus JOHANNES HEINRICUS STE-  
PHANI Advocatus Custrinensis Celeberrimus, sub nostro præsi-  
dio, summos in jure honores cum laude meruit; Nec minus al-  
ter, Vir Florentissimus Dnus GEORGIUS ERNESTUS J. Can-  
didatus eximius, eodem honoris titulo cingendus est. Quoniam  
enim Nostro convictu & studiis usi sunt, de illorum moribus & indu-  
bitatâ eruditione, quibus præ aliis, ad fruges consumendum, &  
tempus Academicum, quod aureum est, & nullo auro juxta aestiman-  
dum, malitiose negligentibus, inclaverunt, omnium rectissime  
judicare

judicare possumus. KUNEGUNDA probatissima etiam foemina, matrimonium, cum Viro Spectatissimo Dno BERNHARDO Stegeman / Cive & Mercatore Rostochiensium, industrio, nec non Ecclesia Jacobaea Provisori studiosissimo p. m. matrimonium iniiit, & Sexies, feliciter mater, hanc pie defunctam aviam fecit. Matris itaque, Avia, & Proavia nomen honestissime, ad invidiam usque sustinuit, interim nec ejus dies omni ex parte beati & exempti à calamitatibus humanis fuerunt, quin eas vel ad extremum vite terminum sapius experta sit; quo enim major familia, eo etiam majores & frequentiores fuerunt cura, siquidem verissimum illud est, quod diu vivere nihil aliud sit, quam diu torqueri, sensu. Postquam enim omnem vite terminum, qui octoginta annos rarissime excedit, penè absolverit, & in hoc singularem Dei gratiam viderit, tamen suos etiam, quos tamen aequo, & plus quam foemineo animo & patientia, perpesta est, habuit cruciatus ac subinde dolores. Nec se ex numero Christianorum eximere voluit, sed potius Christianum in morem ferre, quod mutare nequivit: Verba enim ejus, qui fallere nescit, & qui ex ore Dei sapientiam hausit, & infallibilia dicit, sibi sapius in mentem revocavit: Dies annorum nostrorum in ipsis, septuaginta anni, si autem in excellentia octoginta anni, & latitudo eorum labor & dolor. Siquidem ultra quadraginta annos vidua, innumeras experta est miserias, variosque sustinuit casus & adversitates; praecipuis inter diras illas belli executiones, quae hanc etiam urbem acerbe affecerunt, verum omnes difficultates bono cum Deo superavit, & in timore Domini concionibus sacris sedulo interfuit, adeoque non pseudo- sed vera viduae vitam dixit. Quando autem ante quatuordecim dies ex templo Jacobaeo, ubi consuetà devotione, sacris vacaverat, domum reversa est, membrorum lassitudinem persensit, qua tam subito vires ejus debilitavit, ut horis postmeridianis, quamvis maxime voluerit iterum adena Sacram intrare, non valuerit. Proinde subsequenti die Mercurij

DE ROSTOCH


post veram suorum peccatorum confessionem, salutaris epulo pasta,  
& ad aeternam vitam recreata, hilaris & prompto Spiritu, cetera,  
omnia, quae aliena sunt à caelestibus, longissimè ejecit animo, &  
id dare operam pra omnibus coepit, ut, quando cunque ultima ve-  
niret hora, prompta ac parata esset, ex hac mortali ad immorta-  
lem patriam migrandi. De genere morbi, quo forte can. appeti-  
isse dici posset pie defuncta, nihil refert sollicitè differere, cum  
quisque, simul ac se mortalem recordaverit, decretorium ejus ad-  
venisse diem discernere possit, absolvit etenim in hac mortalita-  
te illud vitae spatium, quod centesimus haud attingit, rarissimi  
superant, adeoque vitae satur, nec ampliorem aetatem speravit,  
nec optavit, sed potius, ad exemplum illorum qui fluctuum turbi-  
ne circumjecti, portum nimium quantum quaerunt, ad aeternam  
beatitudinem adspiravit, adeoque famam optima viduae, divinis  
commutavit honoribus, & salutaris catastrophae vitae hujus proces-  
sum absolvit: vixit autem, quantum per imbecillitatem huma-  
nam licuit, caste, sobriè, pie. Nec aliter ac vixit, obiit, placidè enim,  
fractis scilicet per aetatem naturae viribus, divinis tamen cogitati-  
onibus impleta, obdormivit. Adeoque cum fine hujus anni mundana  
haec reliquit, & animam Servatoris & Salvatoris sui arbitrio, 30.  
die Decembr. concessit. Cum itaque corpus laudatissimae  
hujus matronae, quae sex liberorum, triginta nepotum, &  
novem pronepotum, mater fuit, seque ad exemplum verae  
viduae talè gessit adversò omnes, ut nemo de ea queri posset,  
terrae sit reddendum, nostrum erit ejus exequias, hodiè horà  
primà in templo Jacobaeo parandas, frequenter ire. Quod  
cum facimus, memoriam mortalitatis ad animum revoca-  
mus, officium humanitatis ultimum defunctae praestamus,  
& liberos ejus, nepotesve consolamur.

P. P. sub Sig. Rect. Rost. 7. Jan.

Anno 1667.














& beatus ex hac vita excessus merentur. Prodi-  
xerit nostra in hanc lucem, qua mortalibus  
precarum, utenda tantum data est, 10. d. Julii Anno  
seculo superiori, quod robustiora pectora, ac  
pluribus docemur exemplis, superfuit. Patrem  
etatisimum Dnum. JOACHIMUM Schulgen,  
olim principium, & Provisorem Ecclesie D. Mariae  
cujus Pater fuit Vir itidem spectatissimus Domini  
Schulze / civis & mercator hujus civitatis cele-  
ejusdem laudatissima Matrona CATHARINA  
trem feminam honestissimam KUNEGUNDAM  
integerrimi Dni. CONRADI Dobbins / Civis  
na ornatissima AGNETAE von Hervorden / fil-  
rum laudatissimorum sanguine creta, non potuit  
& pietatis hausisse igniculos, quos etiam, cresca-  
expressit. Lustrata enim primum fonte sacro, cu-  
nis capax facta esset, in parentum sinu ad omne  
cultum formata & educata est, eoque facilius om-  
convenientes, & decoras addidit, quia eas ex ubi-  
& imbibisse videbatur. Cum itaque annum 17. a-  
nente ita Deo, Viro spectatissimo Domino. HE-  
urbis hujus civi ac mercatori primario, qui etiam  
nodochii St. Georgii per aliquot annos fideliter su-  
est. Fuit autem illud matrimonium, provide ca-  
annos suis numeris, si de caetero concors homin-  
dicenda, felix. Nunquam siquidem in gratiam  
simi conjuges, quorum animos nunquam iracun-  
minus consortium illud vite foecundum habuit  
enim sobole fuit benedictum. Nam durante illo de-  
filias, ANGELAM, CATHARINAM, ELISA-  
NEGUNDAM, JOACHIMUM & HE-  
defuncta enixa est. Ex quibus Vir Revere-  
JOACHIMUS Wendt / Ecclesie Cathedralis Lu-



the scale towards document

cpa-  
itulo  
q; ex  
affe  
Spe-  
urbis  
num,  
HIAS  
utem  
Ma-  
viri  
fami-  
najo-  
simul  
ptime  
utio-  
ique  
sexui  
nssisse  
di/pon-  
ndt/  
n Xe-  
nsata  
iginti  
titudo  
navis-  
Nec  
cena  
atuor  
KU-  
, pie  
imus  
castes  
digi-